

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]  
Roma=||norum libellus**

**L. <Fenestrella>**

**Basileae, 1523**

De vestalibus virginibus. Caput VI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

## F E N E S T E L L A

eius lecti fulcrum, capsam esse cū strue atq; ferro fas est. Dialis quotidie festalis sine apice, sub Dio aut esse licitū non est, sub tecto utiliter etiam & à pontificibus constitutum. Farinā sermēto imbutā attingere fas non est. Neq; tunicā intīmā nisi in locis exuisse sub cælo, tanq̃ sub oculis Iouis nudus ne sit. In cōuiuio eius haud quisq̃ nisi rex sacrificulus accubabit. Matrimoniu Flaminis nisi morte dirimi nō est fas. Locū ubi bustū sit, nunq̃ ingreditur. Hos Flamines cum ab initio consecrantur, captos duci à patribus, uelut ab hostibus mos fuit. Totidem uero Flaminibus, quot deos colerent usos ueteres, M. Varro in his libris quos inscripsit de origine linguæ Latinæ, testis est. Vt Dialem, Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Furuailem, & Falacrum. Et præterea complures, qui, ut nostrum inter sacerdotium gradus nonnihil interest, ut episcopum, archiepiscopū, cardinalem, patriarchā, & metropolitanum, ita apud illos Flaminium, protho=  
flaminium, & archiflaminium differentiam fuisse idonei testes sunt.

## DE VESTALIBVS VIRGINIBVS.

### C A P V T V I.

**V**estalis originem cultus, quēadmodum pleraq; omnia, Numa Pompilius intulit, & si eius initia usq; adeo uetera sunt, ut ex Troianis ad Alba

nos Aenea duce longè cōmigrauerint, cuius rei meminit  
Virgilius his uersibus.

Virg. locus  
Aeneid. li. 2

- " Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem,  
" Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Deæ huic Vestæ, quam terram esse, eandemq; deorum  
matrem uolebant, perpetuo uigil ignis consecrari sole-  
bat. Eius obseruationi ac cultui plerq; uirgines è primo  
ribus patrum electæ præfici, quarū negligentia, si forte  
sanctus ignis restinctus esset, flagris à Pont. maxio cædi  
iubebatur, ut à P. Licinio Crasso Pont. maximo in eam  
quæ negligentius ignē custodierat, Valerius scriptū reli-  
quit. Incesti uero crimine damnatā, uiuā suffodi institutū  
est. Virginē Vestalē, ut Labeo Antistius scripsit, mino-  
rem q̄ sex annis, maiore q̄ annis decem natā negauerūt,  
capisas esse. Itēq; nō patrima sit & matrima. Itemq; &  
quæ lingua debili, sensuq; aurium diminuta esset, alia nec  
corporis labe insignita sit. Item cuius parentes alter am-  
bōue seruitute seruiuerint, aut in negotijs sordidis uer-  
santur, eāmue cuius soror ad id sacerdotiū lecta sit, excu-  
sationem mereri aiunt. Item cuius pater Flamen uel au-  
gur, aut qui decemuir sacris faciūdis, aut qui septemuir  
epulonū, aut alius est. Sponsæ quoq; pontificis, & regis  
sacrorū filix, uacatio à sacerdotio isto tribui solet. Neg-  
eius legendā filiam, qui domicilium in Italia nō haberet,  
constitutū est, ut Capito Atticius scriptum reliquit, & ex-  
cusandā eius qui liberos tres haberet. Item edicto præto-

Val. Max.  
lib. 1. t. p.

† Salius.



## F E N E S T E L L A

Electio

ris Virginem Vestalem, Dialémue nō cogi, sepe inscri-  
ptum est. Verba pratoris hæc sunt uirginem Vestalem,  
& Flaminem Dialem, ait præco, in omni mea iurisdic-  
tione iurare non cogam. De eligenda autem uirgine  
Vestali hæc obseruata sunt. Lege Papia cautum est, ut  
arbitratu pōtificis maximi uiginti ē populo uirgines le-  
gerentur, sortitioq; ex hoc numero fieret in concione.  
Cæterum, inquit, ea lex uetustate, ut pleræq; aliæ, exole-  
uit, satisq; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto lo-  
co natus pontificem maximū adeat, offeratq; ei ad sacer-  
dotium filiam, cuius duntaxat saluis obseruationibus re-  
ligionis ratio haberi possit, gratiā enim Papie legis per  
sanctum fieri aiunt. Hæc uirginem à pontifice maximo,  
uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba autē quibus tūc  
pontifex utitur, hæc sunt. Sacerdotem Vestalem sacra fa-  
cere quæ iussi, pro populo Ro. Quiritibusq; uti optima  
lege fuit, ita te Amata capio. Amata enim nomine appel-  
lari omnes consueuerūt, quod ea quæ prima capta est à  
Numa rege, fuisse hoc nomine perhibeatur. Simul atque  
igitur capta, atq; in ea arce Vestæ deducta est, illico sine  
emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriam po-  
testatem, & ius testamenti faciundi adipiscitur. In com-  
mentarijs autem Labeonis quos super duodecim tabu-  
las composuit, ita scriptū repertū. Virgo Vestalis, neq;  
heres est cuiq; intestato, neq; intestatæ quisquam, sed bo-  
na eius tum redigi in publicum aiunt.

Verba p  
scripta

Amata no  
men.

DE SA